

787. 'Et dum Capuam venisset, Harichisus dux reliquit Beneventum civitatem, et in Salernum se reclusit: et timore perterritus non fuit auxus per semet ipsum faciem domni regis Caroli videre.

Sed mittens missos, et ambos filios suos proferens, id est Rumaldum quem domnus Carolus rex secum habebat, et Grimoaldum quem supradictus Areghis secum habebat: et offerens multa munera et alios obsides, ut petitionem ejus obtemperasset.

Ibique venientes missi Tassiloni ducis, hii sunt Arnus episcopus et Hunricus abba, et petierunt apostolicum, ut pacem terminarent inter domnum Carolum regem et Tassilonem ducem.

Unde et domnus apostolicus multum se interponens, postulando jamdicto domno rege.

Et ipse domnus rex respondit apostolico, hoc se voluisse et per multa tempora quaesisse, et minime invenire potuit, et proferebat statim fieri.

788. Tunc domnus rex Carolus congregans sinodum ad jamdictam villam Ingilenhaim, ibique veniens Tassilo ex jussione domni regis, sicut et caeteri ejus vassi, et coeperunt fideles Bajoarii dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, nisi postea fraudolens apparuit, postquam filium suum dedit cum aliis obsidibus et sacramenta'.

Es kommt mir nicht so sehr auf die grammatischen Fehler als auf den höchst mangelhaften Satzbau an. Wie man sieht, fällt der Autor namentlich in Folge falscher Anwendung des Participiums beständig aus der Construction. Ist das schon bei den kleinen Sätzen, die ich ausgewählt habe, der Fall, so ist es noch weit ärger in längeren Perioden. Die ganze Erzählung ist eigentlich nichts als ein grosses Conglomerat von Anakoluthieen. Nun vergleiche man das Jahr 772:

'Tunc domnus Carolus mitissimus rex sinodum tenuit ad Warmatiam et inde perrexit partibus Saxoniae prima vice, Aeresburgum castrum coepit, ad Ermensul usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, et aurum vel argentum, quod ibi reperit, abstulit. Et fuit siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco, ubi Ermensul stabat, et dum voluit ibi duos aut tres praedictus gloriosus rex stare dies fanum ipsum ad perdestruendum, et aquam non haberent; tunc subito divina largiente gratia media die, cuncto exercitu quiescente, in quodam torrente, omnibus hominibus ignorantibus, aquae effusae sunt largissimae, ita ut cunctus exercitus sufficienter haberet'.

Beachtenswert ist namentlich die zweite Periode. Nebensätze der verschiedensten Art, mit 'ut', 'dum', 'ubi' finden sich, der Abl. abs. wird mehrmals angewandt, und trotz dieses complicirten Systems gelingt es dem Autor, die Periode glücklich